

cujuslibet privatos, tum multò magis propter Remp. ejus commoda non nrò per Ignorantiam hujus partis evertuntur; sc̄ est, nisi ad clavum Reip. sedentes ipsi met' calculi ritè recteq; tractandi periti sint, sapius

Italicos muros intus peccatur & extra.

Neq; hac Ars habet Osorem nisi ignorantem; aliquando Dogs gnaw bones, because they can not swallow them. Qvāvis ētate Viri, ad omnia summanati, in hac arte seū masculine exercuerunt, & in abstrusissimas scientiarum cryptas penetrarunt sapissimè. Aegyptius noster, malè Megaren sis dictus ab aliis, Mathematicorum Princeps, Euclides, Vir infinitæ propemodum laudis, qvanta in hoc ipso fore præstiterit, non opus est, ut prolixa in hujus Rei mentionem præcepta tradamus, Iliada post Homerum, quod proverbio dicitur, scripturi, qui hujus Elementa lib. VII, VIII, & IX. crebrā lectione & usu sibi familiaria reddidit, apud ipsum, quod scimus, in confessu erit, totius hujus artis absolutissimum in illis compendium contineri, in quo nemo, quod falsum, pauci quod omissum, invenerint. Nicomachus Gemsenius duos ἀριθμητικῶν θεολογικῶν libros, & Isagogen Arithmeticam, opera aeternā Aurora memoria dignissima, & Asclepei, Tralliani, Jamblichii, Procli, Apuleji, Bæthii, Cassiodori, Camerarii, aliorumq; commentariis illustrata reliquit, ejus vero excerpta habentur apud Photium, Patriarcham Constantinopolitanum Cod. 187. f. 419. itidem Philoponus suas circa hoc ἀριθμητικῶν θεολογικῶν opus ingenii vires explorasse confirmatur, quemadmodum ejus ἐξήγορτο manuscripta fuisse dicitur in Biblioteca Reinesiana, uti & Jamblichiani Commentarii elegans manuscriptum cum scholiis marginalibus antiquis datur in Biblioteca Holsteiniana. Ut inceamus Theonem, Diophantum Alexandrinum, Eutocium Ascalonitam, aliosq; ex Antiquitate notissimos, quos Andreas Stiborius in libello de Autoribus Mathematicis, Josephus Blaneanus Bononiensis, in Chronol. Marhem: imprimis omni laude Major Vossius circa annum L. hujus seculi definens in lib. de Scientiis Mathem: multi à cura & industria collectos recensent. Qui propius atatem nostram contingunt, & simul subsecuturam quamcumq; suā arte ac peritiam juvarunt, eos, ὅπερούντες κλέψατε βερτοῖσι ἔχοντας, si ordine enumerare luberet, omnem hujus Dissertationis paginam explerent. Ecquem latere possunt Joh. Myllerus, Regiomontanus, qui teste Petro Gassendo in vita ejus pag. 362<sup>o</sup> prater vulgarem, numerosam quoq; excerpuit Algebraum, & Christophorus Rudolphi, qui eandem germanicā lingvā conceptam edidit, Georgius Joachimus Rheticus, Copernici Discipulus, quem maximè laudat Adrianus Romanus Lovaniensis, in prefat. Idee Mathem., Michaël Stifelius Eslingenensis, qui, praterquam quod conscripsit Arithmeticam perfectam, & computum Ecclesiasticum, recoxit, & novis exemplis illustravit Rudolphi Cossicam; Bernhardus Salignacius, Burdigalensis, qui duos libros Algebra nobis procuravit, in eorum prefatione commendat Se-

nem